

Auspice DEO!

436

OFFICIA
SERMOCI-
NANTIUM

Aphorismis nonnullis exposita,
Cum consensu ampliss. Facult. Phil. in Regio
ad Auram Lyceo

Sub PRÆSIDIO
CL V.

Dn. ALGOTHI A.
SCARIN,


Histor. & Philol. Civ. Prof. Ord.
Pro GRADU

publ. di'quisit. modeste defert
NICOLAUS BEXELIUS

ALUMNUS REGIUS

Die XVII. Julii Anno MDCCXLI.
loco consueto horisque ^{ante} pomeridianis.

ABOÆ, excud. Job. Kiempfe, R. Ac. Typ.



Thes. 1.

Homini non instructio
perfectiōne naturali o-
mnibus numeris abso-
luta, sed multis miseris, qua
corpus & animum obnoxio,
socialitatis propagandæ instru-
mentum, si a ratione discesse-
rimus, non aliud magis excel-
lens DEUS contulit, quam SER-
MONEM: cujus ope homines
naturali quadam societate con-
ciliantur: ignorantix & errorū
tenebræ menti magis excutun-
tur

4
tur & afflictiones corporis non
solum melius indicantur, sed
& auxilium eorum, quibus cum
in Socialitate degimus, rectius
imploratur.

Thes. II.

Modi, quibus ceu vehicu-
lis homines in homines
eorumque cogitationes descen-
dere, atque dialogos invicem
instituire possunt, quamvis varii
sint & prope innumeri, artis
atque naturæ invento utilissi-
mo introducti. Horum tamen
omnium perfectissimum illum
esse judico, quo articulatis ex
arbitrio & impositione huma-
na vocibus, iisdemque scripto
aut ore communicatis, ani-
mi nostri sensa exprimimus.

Thes.

Non integrum esse cuilibet
 sermocinandi facultate in-
 structo, pro lubitu uti signis is-
 tis, ratio, ex consideratione na-
 turæ humanæ evidenter dicti-
 tat. Sed pro ut normæ non
 intelligendæ solum, sed & vo-
 luntatis secundum eandem per-
 ceptam atque intellectam con-
 pomendæ capacitatem a natura
 habemus: ita, ex illius (:normæ)
 præscripto, omne circa sermo-
 nem suspensam obligationem
 eo redire existimandum est, ut
 majestatem & bonitatem Divi-
 nam celebremus, nostra ipso-
 rum commoda promoveamus,
 aliisque non loquendo aut ta-
 cendo noceamus, quin potius
 proe

prodesse studeamus quantum
ratio propriæ incolumitatis per-
mittat.

Thef. IV.

Quemadmodum autem illis
actionibus humanis, quæ
sensu abstracto pro indifferen-
tibus habentur, sermonis usum
jure accenseri, ex antecedenti-
bus facile colligitur; ita exinde
quoque fluit non semper hone-
stum esse seu bonum *moraliter*,
signis externis, imprimis
v: sermone, sententiam animi
sui aliis patefacere; sed hanc
manifestationem, pro diversa
ratione circumstantiarum in in-
dividuo *moraliter* nunc bonam,
iterum alio in casu malam e-
vadere.

Thef.

PRO ut veritatem, genera-
liter accepto vocabulo &
quatenus signorum externorum
cum mente convenientiam no-
tat, inter virtutes morales gra-
tis referunt Patrum & Scholasti-
corum Doctorum non pauci:
ita falsoquium cum suis spe-
ciebus: simulatione & dissimu-
latione, equivocatione, retie-
centia &c. in sua latitudine
spectatis, eodem jure vitiis mo-
ralibus eximimus, & in pra-
xi vitæ humanæ, procurandæ
honestæ utilitatis causa, non
raro licite adhiberi posse adse-
rimus.

INterim ex socialitatis & ve-
racitatis regulis rem non so-
lum

lum de solutione debiti & re-
paratione damni, sed & poenæ
intuitu iuste querenti Magi-
stratui delictum suum confiteri
debere asseveramus.

Thef. VII.

UTi non aliqua sufficiens ra-
tio adhuc adduci potuit,
cur omnes jocos, præsertim,
qui iudicium & prudentiam re-
dolent, sine restrictione pro-
scribamus: Ita quoscunq; infice-
tos ad excitandū risum, cachin-
nos, pietati & existimationi a-
liorum derogantes, sine flagitio
& manifesto sermonis abusu ad-
hiberi non posse censemus.

Thef. VIII.

FAbulas & ingeniosos apo-
logos, imprimis illos, qui
ad

ad similitudinem historiarum, veritatem casto velamine rectam altius imprimunt & assentum leniter eliciunt, inter utilissimos pariter atque amoenissimos moralitatis tradendæ modos veteres retulerunt, & nos hodie quoque non immerito referimus.

S. D. G.

